



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 49. Bernardini Ochini opera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

Po.
s eo
dum
quin-
nen-
Nun-
able-
ui e-
nes-
culo-
lga-
cum
ege,
lam
que
dem
aius
re-
cum
imo
cu-
no-
oni
se
am
fe-
ui-
ve
m,
ao

ac ingenii dotes miserati illum in Re- Sæcul. XVI.
gno detinere nitebantur, pollicitatione A.C. 1564.
facta, quod juncta suorum amicorum
opera apud Regem deprecari vellent,
ut is in ejus gratiam legis severitatem
temperaret.

§. XLVIII.

*Ochinus in Moraviam auffugiens,
ibique peste sublatuſ.*

Verum Ochinus pro hoc obsequio gra- Grat. l. c.
tes rependens in Moraviam con-
tendit: aſt in itinere adhuc constitutus
Pinczoviæ, ubi a Philippovio pertina-
ci Unitario omni obsequiorum genere
honoratus diversabatur, suas proles ex
pestilentiae morbo amisit: paulo poſt au-
tem iter ſuum Moraviam versus profe-
cutus, ac Slakoviam veniens tertio
poſt mense anno ætatis ſuæ septuagesi-
mo septimo deceſſit. Hic fuit exitus
Bernardini Ochini, quo certe haud a-
lius magis ætate ſua Ministerium præ-
dicationis extollebat, nemo autem illo
plus in fidei dogmatibus inconstans de-
prehendebatur.

§. XLIX.

Bernardini Ochini opera.

Primum ingenii ſui experimentum, Sand. in
Bibl. Anti-
quo Ochinus calamum ſuum exer- cebat, erat apologia, qua ſuam a fide, *trin. p. 3. § 4.*
&

Sæcul. XVI. & Religionem defectionem vindicare nisi
A. C. 1564. tebatur, postquam Genevam auffugerat: postea Italo idiomate vulgabat suos sermones in quatuor minoris formæ voluminibus collectos, quos ipse, priusquam Ordinis sui habitum exuerat, ad populum dicebat: cum autem in illis Protestantium errores circa justificationem, pias actiones &c. deprehendantur, præsumendum est, illos in Germania, ubi editi fuerant, depravatos esse. Reliquit etiam posteris suos sermones in epistolam Divi Pauli ad Galatas, necnon expositionem epistolæ ad Romanos, præter sermones circa liberum arbitrium, prædestinationem, libertatem Dei: insuper scripsit apologias contra Ecclesiam Romanam in quinque libris comprehensas, quas Sebastianus Castallio latine reddidit: edidit præterea dialogum circa Purgatorium, disputationem de præsentia Reali Christi Domini in Eucharistia, necnon Catechismum: Ex cunctis autem hisce operibus Italice scriptis, aliqua in latinum, plura vero in utrumque idioma in Germania fuere translata, sicut etiam Dialogi ab ipso Ochino fuere in lingua Italica elucubrati, ac primum a Castallione latine redditii: non autem singularem scripsit tractatum de polygamia, prout tamen scriptorum non pauci

pauci perperam affirmabant; de hoc e- **Sæcul. XVI.**
nim argumento Ochinus duntaxat egit **A.C. 1564.**
in suo vigesimo primo dialogo ob
quem sibi etiam maximas accerfebat
molestias. Ceterum uxore sua erat
orbatus, annumque agebat ætatis sexa-
gesimum sextum, quando hunc dialo-
gum unacum ceteris vulgabat. De-
nique scripsit etiam præter quinque fa-
cras declamationes alios tres sermo-
nes, ubi de Christiani Principis officio
agit.

§. L.

Pii IV. Bulla pro Tridentinæ Synodi confirmatione.

Cum tandem ineunte hoc anno mille- **Labb. Coll.**
simo quingentesimo sexagesimo quar- **Conc. to 14.**
to Pii IV. sententia prævalereret contra **p. 939. & seq.**
eos, qui Concilii Tridentini confirma-
tionem præpedire nitebantur, hinc idem
Pontifex confirmationis diploma confici-
jussit, quod etiam die vigesima sexta
Januarii præsente toto Cardinalium
Collegio solemni ritu promulgatum fuit
his conceptum verbis:

„Pius Episcopus Servus Servorum
„Dei ad perpetuam rei me-
„moriā.

„Benedictus Deus, & Pater Domi-
„ni nostri JESU Christi, Pater miseri-
„cordia-